

www.e-rara.ch

Quinti Horatii Flacci Poemata omnia

Horatius Flaccus, Quintus

Friburgi Brisgoiae, Anno 1549

Zentralbibliothek Solothurn

Shelf Mark: ZBS Staal 237

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89747>

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, d. Ioanni, episcopo Viennensi [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

REVEREN

DISSIMO IN CHRI

STO PATRI AC DOMINO, D.

Ioanni, Episcopo Viennensi, à Consilijs & Secretis

Inuictissimi Cæsaris Ferdinandi, uiro eruditissimo, Pa-

trono suo omnibus modis colendo, HEN-

RICVS GLAREANVS

S. D.



TSineq; ingenij est mei, neq; cona
suetudinis quęquam bonum uirum
scriptis laceſſere, integerrime Prę
sul, tantum abest, ut de optimis stu
dijs bene meritos proſcindere ue
lim, tamẽ mirari ſtis nequeo, quid

uenerit in mētē Christophoro Lanāno, uiro haud di
uine erudito, & cui in philoſophicis, honeſtiſq; ſtudijs
non infelix nomen partum erat, ut uoluerit in hunc
Poētam commētarium ſcriberi, tanta incuria, ac negli
gentia, ut pauca ſint Odeę, in quibus ab æmulis non ſal
tem unius erroris conuincique at, paſſimq; nunc uulgo
laceretur, perinde atq; nunquam didicerit literas. Si
enim in manus hominum, non ipſe hæc commenta uul
gavit, ſed alius quiſpiam ipſius nomine, maniſeſta im
poſtura eſt: Sin ipſe edidit, ut præſationes ferẽ conui
cunt, ac in re ſeria tam negligens fuit, culpa non uacat.

A ij

EPISTOLA.

etiam si iuuandi studio hoc fecerit, ut mihi nō sit dubiū.
 Nam bonum uirū fuisse ac bonorū morum, scripta in-
 dicant. Ceterum meminisse oportuit, quod ab hoc Poē-
 ta dictum est, non poēma scripturis tantum, sed quibus-
 cunq; rem pro uiribus maiorem aggredientibus:

Sumite, materiam uestris qui scribitis equam
 Viribus & uersate diu quid ferre recusent,
 Quid ualeant humeri.

Sed ego huius erroris culpā magna ex parte in tem-
 porum istorum, quibus uixit, mores cōijciendam puto.
 Nam fuit proximo seculo mos scribendi ita commenta-
 ria, ut omnia insulcires, quæcunq; unquam uel didi-
 cisses, uel alicubi apud authores scriptis prodita inue-
 nisses. Quod uidere est apud hunc Landinum atq; Nico-
 laum Perottum. Nam cum Vergilius diceret: *Musa mihi*
causas memora: statim tota de Musis historia adnecte-
 batur. Vbi idem: *Urbs antiqua fuit*: ibi uero ratio con-
 dende urbis ex antiquissimo Thuscorum ritu explica-
 tur, ut iurares illum aliquando conditurum urbem.
 Item: *Augurijs agimus diuū*: ibi augurandi disciplina
 tota exponitur, ut nullus augur ex professo melius. Au-
 riq; *talenta*: ibi demum omnium ponderum examen in
 lancem tot uerbis ponitur, ut illum libros aliquot de
 asse scribere uoluisse crederes, licet tertium quodq; uer-
 bum ea in re non intellexerit. Ad hunc modum nihil fa-
 cilius erit, quàm commentarium scribere. Mirum uero
 cur non Honoratum illum, ac citra controuersiam do-
 ctum grammaticum Seruium sibi imitandum proposue-
 rit

DEDICATORIA.

fit, aut Lactantium illum, qui in Thebaida Statij commentarium scripsit lectu dignissimum. Denique huius Poëte commentatorem Porphyrionem. Sed malumus non sequi & commentatores re uera uocari, commenta commentis accumulantes ὁ δὲ πρὸς ἐν &. Sed hæc de Landino satis. Ceterum quid ego de alijs quatuor sentiam, studiosus lector in his nostris Annotationibus planè uidebit. Neque enim sum ignarus quantum mihi in uidiæ conflauerim, quod ausus sim Acronis scripta, magnæ existimationis, & plurimæ authoritatis apud quosdam uiri tot locis taxare. Mihi uero quis Acro fuerit, non tam curæ fuit, quàm conatus sum à me reprehensa fulcire & rationibus & maiorum authorum scriptis. Res ipsa clamat, & lector priusquam nos temeritatis damnet, nostra legat, deinde iudicet, ne odij suspitione uideatur non lecta damnare. Admonuit nos quidã alicubi integra Acronis delitescere Cõmentaria, mirũ uerò qui tam impudens, ut ea nõ publicet. Cũ quæ hodie habentur sint corruptissima. De corruptis igitur toto nostro commentario loquimur, non de integris, si quidẽ alicubi delitescũt. Porphyrionẽ aut (si quid in eius cõmentario iure reprehendẽdũ uidebitur) haud dubiè excusat temporũ iniuria. Nã illũ certũ est fuisse eximie doctum, & in enarrãdo hoc Poëta primas tenuisse, sed post eũ hunc racematorẽ Acronẽ uenisse, quem non potuit integros uersus ex illius cõmentario in suũ legere, ac nugacissimas nugæ subinde assuere, ut id multis locis in his nostris Annotationibus luculenter ostẽdimus. Vt

EPISTOLA

merito reprehendendi mihi uideantur, qui nuper Horatium in publicum emittentes unum Acronem, cmisso Porphyrione, in uulgus edidère, cum eleganti scilicet nec minus hercle exacti iudicij praefatione. Sed hi sunt nostri seculi mores. Mancinellum, ut bonum & diligentem uirum probo, quanquam cum uideo quaedam docere uoluisse magis, quam potuisse. Restat Badius, de quo nihil dicturus sum: quippe qui nobis notus sit, & nimis criticorum dentibus laceretur. In huius Poetae Odis, quia posterior fuit ea editio, mea quidem sententia egregie se gessit, & quaedam eruit, quae priores laetare. Nos & in his, & in alijs huius Poetae operibus ab eo aliquot locis dissentimus, sed absq; conuicijs, quod ipse, quo est in literas fauore, boni consulat. Non ueritatis amore, non reprehendendi studio nos hoc fecisse optimus quisq;, simul ac nostra legerit, uidebit. Sed haec de commentatoribus satis. Unus nostra aetate annotator fuit, post ea quae ab Aldo aut Benedicto quodam pauca notata uidimus, homo impense sibi placens, ceterum adeo ineptus, ut uehementer miratus sim cur Badius in editione sua huc aliquo dignatus fuerit loco hominem adeo audacem, adeo nihil adferentem lucis auctori, adeo omnia absq; iudicio immutantem, ut singularis impudentiae uideri queat, quempiam talia uel cogitare ausum. Hunc aliquot locis tractamus non pro dignitate, sed ut materiae breuitas exigebat. Hoc unum tamen uehementer dolemus, Horatium, cum multo dignissimus sit, cui contigisset eximius aliquis enarrator, solum

D E D I C A T O R I A.

solū hūc inter Latinos Poetas digno expōsitore carere,
 quem unum oportebat memoriæ commēdare, quo nul-
 lus tersior, nullus minus habens uerrucarum totus, ni-
 tidus, elegans, & dictionis felicissimæ, quo hodie lingua
 latina merito gloriari potest, Cum Græci omnes in hoc
 poematis genere nobis perierint, Alcæus, Stesichorus,
 Sapphō, Simonides, Anacreon, Hipponax & alij. Vnus
 Pindarus, non prorsus huius generis, ad huc restat. Sed
 propositum nostrum non est nunc huius Poetæ uirtutes
 enarrare. quippe qui ipse satis clarus est absq; omni
 encomio, tantum abest ut meo indigeat. Tu præstan-
 tissime Præsul, & huius seculi ingens decus, has meas lu-
 cubrationes boni consulas etiam atq; etiam oro: Nam ut
 publice pro mea uirili bona iuarem studia, eum potissi-
 mum suscepti laborem, quem tibi dedicare uolui, quod
 cum dignitate, quæ tibi tuo merito est amplissima, etiā
 rectum iudicium, ac eruditio contigerit haud uulgaris.
 Præterea alia quoq; suscepti laboris ratio est, quod ui-
 deam omnes bonas disciplinas pessum ire, paucisq; nūc
 cordi esse rectas ac honestas artes: quod clamatoribus
 illis debemus Qui Curios simulant ac bacchanalia ui-
 uunt, qui suum, non Christi querunt commodum, qui
 per bonas literas euecti, eas tamen oderunt cane peius
 & angui. At de his nunc satis. De me etiā nihil amplius
 addā: nosti enim Glareanum. Deus Opt. Max. Reueren-
 dam Clementiam tuā nobis diutissime incolumē ad Chri-
 stianæ Reip. commodum seruare dignetur, Amen. Fri-
 burgi Brisgoiæ Anno à Christi natali 1535. Cal. Martij.